


WC
504



II
P
N

A



A. 65, 18.

DE OBITU

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI JOANNIS GVIL-
elmi, Ducis Saxoniae, Landgrafy Thuringiae,
& Marchionis Misniae, &c.


CARMINA

EPICEDIA & EPITAPHIA

*Addui sunt eiusdem argumenti, & de Illustrissi-
mo Princ. Ioanne Friderico III. JOANN.
GVIL. frat. Saxon. Duce, &c. & de
generoso Barone Hugone à Schon-
burg seniore, &c. versus E-
picedy.*

Auctore

ANDREA ELLINGERO.



JENÆ

Ex Officina Typographica Donati
Richzenhani.

M. D. LXXVII.



5

MP





I
S
M
D
ann
ma

C
Ex
Car
Mi
Ta
No
Qu
Et
Seu
Eu



ILLVSTRIS

SIMIS GENEROSISSI-

MISQVE PRINCIPIB: FRI-

DERICO GVILIELMO, ET IO-

anni Frat. Illustrissimi rerumq; gestarum gloria

maximi Principis ac Domini D. Ioannis Guili-

elmi, augustæ beatæq; memor. Filys, Du-

cibus Saxon. Landgrauys Thuring.

Marchionib. Misnia, Dominis

suis clementissimis.

S. D.

Scripta graui quondam communis tempo-
re luctus

Tempore quo patriæ lachrymoso funere
patrem

Exstinctum flebat prope tota Ecclesia Christi,
Carmina nunc primùm cessantib. edita prælis
Mitto Duces tanto soboles dignissima patre,
Tanto & auo tanto proauo quibus absq; fuisset,
Non iam salua foret terris doctrina Lutheri
Quam liquidis haustam Israëlis fontibus hasta
Et calamo oppugnant occulta deniq; fraude
Seu manifesti hostes Babylonis rudera captæ
Euerseq; mali seu fratres nomen Eliæ

A 2

Inui-

Inuisum quibus & diuini cantus doloris.
Quæ pietas vestra & generosæ plurimus ardor
Indolis has lacrymas crudi monumenta doloris
Manibus & patriæ quæ soluo iusta parentis
Accipite, & meritas eius cognoscite laudes.

CELSIT. VV.

SUBIECTISS.

Andreas Ellingerus



ΦΡΙΛΕ

ΦΡΙΛΕΨΙΧΩΓΟΥΛΙΕΛΙΜΩ

ἡγεμόνι Σαζόνω, ἄρχοντι Θυριγγῶν καὶ μύ-
σωρ τοῖμ τῷ Ιωάννῃ Γουλιέλμου ἐνδοξοτάτῃ
ἡγεμόνοσ πατερόσ τῆσ πατρίδοσ νῦμ ἐν
δοσίοισ, υἱέοισ προγενεσέρω παιδί, τῆτ
ἐυγενεία καὶ ἐυφνία διαπρε-
πесаτώ;

ὑγιαίνεσ καὶ ἐυδίαγεισ

ἡγεμόνωρ δάλοσ ἐυγενεσάτωρ
ἀγλαόμ φριδερίχε Γουλιέλμε
ἐωνύμου πατρόσ τέκθ
ἀρχαγέτῃ δικαίου
φιλοπῆολέμωντε Σαζόνωρ
Θυριγγῶντ ἀροτήρωρ
φιλοζένωντε μύσωρ
τῷ δάκρυα λείβει θανόντι,
ωατ ἀγέλη καθάρα φρενί
ἐυλαβουμένωρ θεορ
ἡ Γερμανία γαῖαρ
ἀμφότεροσ γὰρ ἔκαθα
καὶ βασιλεύσ ἀγαθόσ
φιλήσυχόστε ἡαπεικῆσ
καὶ θούριδοσ ἔκ ἄϊδρισ ἀλκῆσ,
ἐκκλησιάστε γλυκερόμ
ἔρεσμα χρυσοφόρου:
τῷ νῦμ ἀγαννιφοσ ἀμφιπολιῖται

αἰθῆρ

ἄιθηρ μετ' ἄλλωρ ἔθανισ' ἄρ
εὐσεβείησ καρπορ ἡδισορ δρέποντι.
τοῦτο δῶρορ ὦ σαλάνασ
ἡμετέρασ φαεινὸρ ἄσρορ
ἄιγλήεντι πρὸσώπω
καὶ φιλόφροσι θύμω
δέκευ ποικμάτιορ σμικρορ
τότε λακρυχεύουσα θαλία
ἐκπονησάσ' ἀνεθῆκερ ἴσορ
σοὶ πρὸσ ἐνάνθεμορ ἥθερ
κούφω πολὶ ὠεύδοντ' ἴκεσθαι
πολλὰ μοὶ ἐρφαρέτρα
ὑπ' ἀγκῶνοσ εἰσὶ τὰ βέλη
μοισ' ἄρ μελέται φιλύμνωρ
βαφθέντα βιλσάμου δρόσω
μούνησ θεοπνεύσου γράφησ,
τοῖσ κύριορ σε τῆσ λιπαρῶσ πατρίδος
κλειτόρ βαλῆρ μενοίνω.
Ἄλλ' ἔκ ἦνθ' ἀνε θύμω
πρὶρ οἴσουσ εὐκλέασ
ἴέντα τόξορ τῶσ κοπῶ
ἐπέχειρ, ἢ φιλομόχθω
ξυθέντα σπῶδῆ τοῖσ τ' ἀπὸ κασαλίας
κρούνωρ λοέτφοισ, τρῖστε τέτρακίστε
ἐπιμελῶσ νιφθέντ' ἀποσμησ
χθέντάτ' ἄξια γένοιτ' ἄρ
σοῦ διαπρέποντοσ ἐνφνίᾳ.

γνήσιος

γυήσιορ ὡσ' αἰέτῳ γόνου
σέλασ ἀκτίνωρ ἀελίοιο
τηλαυγέσ' ἀσκαρδ' ἀμυκτί
ἀντιβλέποντοσ.

νῦρ δὲ θρήνουσ, νῦρ δ' ἐπικηδίορ
μέλοσ ἐμὰ δ' ἀήρνα
ἔσ' δ' οὐχεραίνώρ πρὸσ δέχῃ
μνημοσθήναντε ποθόντε
ἀναψόμενορ πάτρωσ φίλου
ἔσ' εὐπρόσωπορ, ἔτε δ' ὄρημα λαμπρόρ
ποτί νεάσ' μόιχοσ πρὸσ ἔρπαιρ
ἐὰ σέθερ βιβλιοθήκησ
μετ' ἄλλωρ πολυωνιώρ
ἐχάτω τάξιρ λάχορ.

ὡσ' ἠδ' ὁμῶσ' ὡσ' ἐχάρῳ
ἡμέρω νυχθείσ' ἀπαύσω
ἀγγελίηρ ποτί γλυκείαρ
σοῦτ' ἐγῶσ' ὄρμηθέντοσ εἰσ' ἔ
οινοφόρσ τέρματ' ἀρούρασ
πεφιλαμμένορ ἔννεα μῶσαισ
θῶκορ ἐρχομένου σοφαῖε
πρᾶπίδεσσιρ ἀγακλέουσ
μεγαθένεοσ τε ξιφούχοσ
ὅσ' μέγα σῶν κήδετ' αἰ φιλόφροσ
εὐχόμενοσ πρὸφαντερ ἰδεῖρ
σοφίατ' ἀρέτωντε συγενῶρ
λαμπρότητ' ὡσ' ἔοικε

ἀρχοντι

ἄρχοντ' ἰάωρ ὃ μέλει
πατρώτερ γέρας βασιλῆϊον
ἀπολιφθέρ κορυφὰρ εὐτυχίησ'
μεγαλοπρεπέωσ τε κυβερνᾶρ
βούλαισ θεμιτόσ τε ἀγλαομόρφῃσ
δυγάθρωντ' αὐτῆσ πολέωρ τὰ βήτρα
σωζομένωρ ἄτερ ζάλησ
ἔυνομίασ τε δίκησ τε
ἔιρᾶνασ τε κουροτρόφοιο
ἔϋτ' οὖν προσελαυνόμενόν σε
φήμη πρόδρομοσ μάγνε
μουσα γέτλω πωτιδεγμέναι
μοῦσαι Σχλιδέσ καλὸρ ἀείδειν
ἀναβηλλομέναιτ' ἐν ὕμνοισ
ξεῖνι' ἄρμολοντα σπεῦδον εὐτρεπίζειρ
χαῖρε ἢ ἐνρώσω χαρίτωρ
σεμνὸρ φαὸσ ἡμεροεσσᾶρ
πιερίδων τε κορυᾶρ Διοσ'
ἔυσεβεῖ γνώματε φιλαττόμενοσ
θειᾶσ ἔφετμασ,
νουθεσίασ τε τεικῆωρ
ὦρ κλέοσ ἄβρανὸρ ἦκερ
κλείτου δὲ μάλισα Σεβάετοϋ
τοῦ κράτοσ ἐσὶ μέγισον
θεοῦ δίδοντοσ ἀγλαΐαρ
πλοῦτοντ' ἀρεταῖσ κεκραμμένωρ
πτερι' πατρίδοσ ἀσύλω

νεῦρ

νεῦρ ἔχοντι θρασὺ μὲν οὐ
πρὸς ἀλάλκειν ὑβρεα
δυσμενεῶν πολιτῶν.
Ὡ χρῆμα κέλλιτον εὐπειθεία
σωτείρα λάων εὐσεβείῃσ' ἔκγονοσ'.
ἔπειτα διδάσκαλῶν σου ἐπισατωντε
χρῆσον νόον ἀμφαγαπάζειν
ἠδωομένωρ σεῖο βάσιρ
ὀρθῶν ἀρετῶν ἐσ' ἀτράπιτον
γνησίων τε κ' ἀπισήμων
πρὸ πατέρων μεγάλων κατ' ἴχνη.

Ἀλλ' ὦ βασιλεῦ βασιλήων
μεδέων πάντων μεδεόντων,
σοφίῃρ δούσ' αἰδομένοισιρ
ἠμετέρω κρηνον ἔελδωρ
ἠγεμόνι δ' ἔροντι
ἱερῶν ἐυζωιάσ' ἁωτόν
ἐνὶ κἀποισι ῥεέθ' ῥούσ'
χρυσέασ' διδάχῃσ' ἀχραντα
ἀρδουσιρ εὐτάκτω ῥόω
ὄφρ' εὐκάρπου μαθήσεωσ' δρόμορ
σὺν εὐδαίμονι πόθμω
σῶοσ' ἀλάβῃστε χ' ὠρᾶιοσ' περᾶνθ'.

Ἀνδρει. Ελλιψ.

Α ς

Ιη

νεῦρ

IN FVNERE
ILLVSTRIS-
SIMI PRINCIPIS AC DO-
MINI DOMINI JOANNIS GVI-
lielmi, Ducis Saxonie, Landgrauij Thuringie,
Marchionis Misnie, Principis optimi, Pietatis
Religionisq; vera & intaminata vindicis & asser-
toris clarissimi, qui in difficillima gubernatione
exantlatis laborum & aduersitatum multiplicium
periculis in morbum incidit cuius vi consum-
tus vitam in terris S. clausit placi-
dissima & relligiosissimo
sine.

VI. NON: MARTII.
ANNO CIO IO LXXIII.
Cum V. A. XLII. M. XI. D.
XX. H. XXII.

LACRYMÆ
ANDREÆ ELLINGERI

O duram Lachesin quæ te florentibus annis
Ante tuum rapuit Dux Guilielme diem
Ancora

Ancora tu patriæ, Christi spesq; vnica cætus
Dulce decus nostræ præsidiumq; scholæ
Vindice Relligio quo labis floruit expers
Probrosam pietas edomuitq; nefas
Te fidei armauit diuino robore Christus
Curarum & fluctus vincere posse dedit
Quis tua florentis vis est prostrata iuuentæ
O nullo princeps æuo habiture parem
Qui bibis undantem piscoso flumine Salam
Et gebidas Ilmi lene sonantis aquas,
Funde pias lacrymas mæsta cum principe funde
Quassata tristi mentis amaritie.
Purpureo similis flori quem desijt imber
Nutrire in cineres Dux Guilielmus abijt.
Virtutis spectatæ heros belliq; domiq;
Inq; toga inq; armis consilio atq; manu.
Qui caducæũ hasta moderans & Apolline Martẽ
Victricem impediit lauro oleaq; comam.
O quantũ segetis mors sæua hac grandine strauit
Principis hei quanta est facta ruina boni.
Exstinctum lugent ipsi cum montibus agri
Flumina cum pratis vitiferisq; iugis.
Vidimus & radijs te insignem phæbe coruscis
Imbrifera tectum condere nube caput,
Et liquidam pullæ in morem lugentis amictu
Velata vestis condoluisse acie.
Et cuiquam gelido tam sit mens vincula stupore
Sustineat sicco lumine vt aspicere
Funeris immaturi lamentabile fatum
Certa nec offensi signa timere Dei.

Planximus

Planximus at certè (meminit Vinaria) quotquot
 Ad cohonestandas venimus exequias
 Fudimus & lacrymas cedentes pectora palmis
 Dux vt es iniectâ contumulatus humo
 Cum gemitus fieret tota miserabilis vrbe
 Pectoraq; arderent mæsta dolore graui
 Ipsa suum de te cum declarare dolorem
 Tectâ viderentur mæniaq; ipsa queri.
 Sic mæstæ fleuere tribus cum terra sepulchro
 Exuuias sancti conderet EZECHIAE
 Sic & IOSIAM trepidæ luxere phalanges
 Immundoq; acies puluere sparsa caput.
 Nos quoq; lugemus non nobis ferrea mens est
 Aspera nec dura corda rigent silice.
 Quis desiderio pudor ô mæstissime ciuis
 Tam cari capitis quis modus esse queat?
 Cum mundo pietas vbicunq; inuisa moratur
 Interitu doleat Dux Guilhelme tuo.
 Non hæc non casu eueniunt: tibi patria luctum
 Portendunt dubias hæc tibi fata vices-
 Namq; noui quatient iterum tua carbasa fluctus
 Nudum remigio stringet & aura latus.
 Aspice quam dense glomerentur in aëre nubes
 Ventorum vt seuis horreat ille minis
 Quàm dirus rutilo non cesset crine Cometa
 Flagrare ad solium Cassiopææ tuum
 Innumeræq; aliæ terraq; poloq; micantes
 Formæ ostentorum, monstraq; terrifica.
 Vsq; nouis terrere modis & fæda minari
 Supplicia hci nostris debita criminibus.

Ira-

Iracunda diu librantem fulmina dextrā
Vidimus æthereæ lucis ab axe Deum
Vidimus & quæ nostra fuit vacordia nulli
Visum est hinc gelido cor tremuisse metu.
O seclum o mores, quid n. his peruersius? ecquæ
Solicitem propriæ cura salutis habet?
Quid nisi de liquidis nos fontibus Israhëlis
Syncera illimes Relligionis aquas
Haurire argutis clamoribus vsq; crepamus
Ut templum Domini gens Iacobe tua.
Cetera quàm similes idola colentibus & quos
Papa suis vexat duriter imperijs?
Scilicet ut verum erudiant nos templa scholæq;
Saluificæ purum lux fideiq; micet:
Vix tamen è multis deprendas millibus vnum
Qui quod amat perhiberi esse etiam studeat.
Securi pœnarum in vtramvis stertimus aurem
Et sua nemo Deo facta probare studet.
Ergo inopina mali vis nos oppressit hiantes
Tyrigetum infestus lauit & imber agros.
Concidimus plaga enormi doleamus oportet
Si modò quis stupidis sensus inest animis.
Hei quoties frustra votis precibusq; beati
Mite reposcemus principis ingenium.
Nigraq; insueti emirabimur aspera ventis
Æquora mutata flebile sortis onus.
Te verò ingrati populi scelus execrantem
Cælestes pietas iussit adire domos
Et præcepta fide dudum nunc gaudia coram
Carpere & æternum his absq; dolore frui,

D. H. A.

Dux bone terrarum nuper, nunc ætheris albi
Delitiæ, & sancti pars quota concilij.
Scilicet huc tibi cursus, ad hæc tu litora clauum
Torsisti, illa tui meta laboris erat.
Te velut in portum bene tuta silentibus vndis
Prouectum statio recreat atq; quies.
Nos manet horrifonis crux exantlanda periculis
Nos lacrymosa premit te bene habente dies.
Immatura licet tamen haud expertia laudis
Fila tibi nentes subsecuere Deæ.
Vnam octo addidero iustis trieterida, vitæ
Summa breuis constat nulli onerosa tuæ.
Nemo canitie longaq; etate beatus
Curriculo vitæ nemo breui miser est.
Cani sunt prudens animus verusq; senectæ
Integritas vitæ labe carentis, honos.
Qui virtute genus meritis præuertit & annos
Multa in canitie creditur ille mori:
Sed qui laudis egens & pulchri nominis expers
Consenuit, nunquam desijt esse puer.
Impius exacta quamuis etate relinquat
Vitam, immaturè extinguitur ille tamen:
At pius ipse satis nullo non tempore vixit.
Sive senex mortem sive obeat iuuenis.
O noctem informem Martis quæ prima Kalen-
Excipit, ò mediæ illius acerba quies. (das
Qua te sublato terris pulcherrime rerum
Ingens obsedit pectora nostra dolor
Verùm eadem quam leta tibi qui munere Christi
Morte triumphata sydera victor adis,
Terro-

*Terroresq; minasq; Erebi legisq; flagellum
Ante pedes cernis fracta iacere tuos.
Cuncta dederere manus tibi concedentia, vires
Iamq; dolent in te nil potuisse suas.
Hoc decet hoc laudo: sententia vera profecto est
Omnia tunc bona sunt clausula quando bona est.
Scilicet has pestes superare hac monstra ferendo
Militia res est armipotente prior:
Nec minor aut virtus aut gloria quam Mahometi
Cum gente audaces conscriuisse manus.
Quamq; acres equitum turmas in Celtica bella
Ducentem longas ire redire vias.
Tunc animis opus est, cum pallor vertere vultum
Incipit & rigida mors quatit arma manu.
Degeneri videas multos formidine fractos
Cedere, & effusa vertere terga fuga.
At non succubuit noster sed premia Victor
Abstulit, & caelum ingressus ouante animo est.
Te Guilielme Ducum mitissime vt oderit omnis
Mundus & inuisa styx tenebrosa domus
Infestis & vterq; tibi concurrere signis
Inq; tuum visi spargere tela caput:
Dilexisse tamen Deus & praesente leuasse
Rebus in aduersis cognitus auxilio est.
Vicisti constante animo quae vincere durum
O non de generi mens labefacta metu.
Ten ego te vitae perfunctum lumine credam?
A vera hac distat res ratione procul.
Vera pijs vita est lutea compage vbi liber
Subuolat ad caelum venerat vnde animus.*

Non

Non illic curarum hyemes algore perurunt
Non imber lacrimarum anxia corda lauit
Sed blandi tepor & gaudij indulgentia laxant
Pectora & haud vlllo adstricta dolore fouent.
Vita quid in terris vmbrae nisi somnium inersq;
Formido atq; ægri sollicitudo animi.
Nascimur in lucem: iam tum manantia fletu
Infantis terget lumina fida parens.
Quo lacrymae? Solem hunc & decedentia certis
Si spectare datur sydera temporibus?
Ne mirere noui sunt hæc præfagia luctus
Vitæ indiuiduus qui comes esse solet.
Et quisquam vana delusus spe fore credat
Vt per amœna æuum dulce roseta agitet.
Cū velut vnda vnda impellit veterē noua truda
Sic curam & messi huic suppetat vsq; seges.
Conditio hæc viuendi hic carcer metaq; nostri
Cursus, delicias carpe Epicure tuas,
Mollibus illecebrisq; & lusu & inerte quiete
Quod superest æui transige ede atq; bibe.
Te Guilielme canam nihil hæc fugitiua morantem
Gaudia nil fluxas totius orbis opes.
Tu seruire Deo: mundum contemnere sollers
Traduxti vitæ debita pensa tuæ.
Nec potis vlla tibi vis Christum elidere corde
Cuius te penitus sorpserat altus amor.
Me verbo Rege Christe tuo tua vota precesq;
Tessera militiæ Dux Guilielme tuæ.
Symbolon aurato dignum mihi vellere, dignum
Militia veri castra sequente Dei.

Euen-

Euentus habuere bonos felicia vota
Nec frustrata fidem spes animosa fuit.
Quo tua direxisti totius tempore vitæ
Dum mundi infidum nauita marmor aras:
Litore subduxisti classem radiata ubi terris
Sidereus flammæ lumina fundit apex;
Nunc sale tabentes exutus leniter artus
Lucifluo solis purior igne micas,
Et Paradisiaci qua vernat gratia campi
Rutæ immortalis tempora fronde tegis.
Illic ostrino insignes Herôes amictu
Gens tua te letis plausibus excipient
Romani fulcra imperij magni Electores
Quorum & inaurato fulminat ense manus:
Frater & occurreret fidei sincera professus
Qui tecum æquali dogmata sorte fuit.
Hos tu contemplabere & horum mutua carpes
Colloquia hæc tibi erunt nectâr & Ambrosia.
Quo circa assiduis non tam mihi flenda querelis
Mors tua parata salus quam memoranda venit
Nil profunt lamenta pijs iugesq; querelæ
Manibus, in cassum lachryma salsa cadit:
Non miserabilibus reuocatur ab æthere votis
Cui semel ad superas est via facta domos.
Nam neq; nos meriti non dâna hæc, nec tua virtus
Non digna augusta hac conditione fuit.
Qua sanctos inter genios mentesq; beatas
Conspectu fruieris colloquioq; Dei.
Exspectasq; diem gelido quo è puluere terræ
Exanimes spirent ipsæ iterum exuuiæ.

B

Salue

Salve Saxonidum iubar & pulcherrime princeps
O lux Thyrigetum Ian Guilielme soli.
Quo moriente mori nostro rarissimus aeo
Candor & ingenuæ simplicitatis honos.
Passis religioq; dolere in comta capillis
Et gemitus Charites Thespiadesq; dare,
Et cineri lachrymas libare & debita iusta
Ferre in honoratas principis exequias,
Alta madefierent illarum vt flumine busta
Sparsaq; cupressi fronde teperet humus.
Salve iterum diuine Heros salve optime princeps
Perpetuum salve perpetuumq; vale.
Præsida nos tanto orbatos bone respice Iesu
Nauigij velum dirige & ipse tui.
Immites spirant auræ nox ingruit atra,
Antennæq; gemunt, remigiumq; labat
Nil opis in nobis : tu clauum tempera & Austris
Luceantemq; salo Christe tuere ratem,



DE OBITU

EIVSDEM IL-

LVSTRISSIMI PRINCI-

PIS PATR. PATRIÆ, UT FE-

lici & ipsi peroptato. Ita nobis qui carendo

usum amissi tanti boni sentimus

luctuoso & acerbo.

☉ ꝑꝑꝑ ☽

ET AD ILLVSTRISS.

PRINCIPEM AC DOMINAM

D. Dorotheam Susannam Ducissam

Saxoniæ, &c.

OPTVMI ET PIENTISSI-

mi mariti optum. & Pientissimam

coniugem.

CONSOLATIO

ANDRÆ ELLINGERI.

DE

DE OBITU EIVSDEM

ILLVSTRISS. PRINCI. PA.

Patr. &c.

Quam tristes nobis Martis fulsere kalēdæ
Quam lacrimosa diem nox comitata
Qua tibi gentis honos supremū sine beato (fuit
Contigit in terris claudere Saxo diem,
Saxo pater patriæ cui cæli gratia nomen
Fecit & ærata casside septa cohors.
Quo neq; vir melior nostro neq; sanctior ævo
Vixit diuini nec mage iuris amans.
Quo spoliata gemit rector Thuringia nostra
Acta procelloso cymba vii parua noto.
At te nil vidit moriente beatius vno
Quam latè rapidum sol moderatur iter:
Cum tibi victa manum dura in discrimine lætæ
Mors daret & mortis triste Satellitium,
Truxq; daret Sathanas, daret illachrimabilis Or
Tristiaq; Eumenidum flagra, nocensq; reū. (19
Namq; fide superans præsentis munere Christi
Monstra hæc quæ pietas vincere sola potest
Tam placidè expiras, quam lychnus lenis oliui
Quem madidum riuui & pabula deficiunt.
Mens in fracta tibi nullo externata pauore
Nec lethi instantis turbine mota loco.
Nulla incomposito tibi vox erumpere gestu
Sopiri somno nempe tuum esse mori.
At nos exstruēto morientem te propè lecto
Insaciabiliter flere dolere queri.

Flere

M
alēdæ
itata
(fuit
Flæ
s Or
(19
ti
est
ni
ere

Fleræ Palatinæ stirps illustrissima gentis
Dorothea huic tanto nupta Susanna viro.
Mæstaq; nobilitas robustum plangere pectus
Ilia singultu concutiente caua.
Atq; aliquis propius tradentem lampada vitæ
Aspiciens tales edere voce sonos.
Siccine abis flos diue Ducum, dux principū ocelle
Et moriens tecum gaudia nostra rapis?
Nec tua te pietas duris exercita rebus
Nec morum eripuit lætica simplicitas
Occidis ic̄ta velut mordaci Pontica ferro
Pinus, & humenti populus v̄sta noto.
Non aliter curæ insomnes examine longo
Vitæ attriuerunt splendida fila tuæ.
Quæ nunc te miseris spes decedente relicta est
O decus ò patriæ Ian Guilielme pater?
O domus antiqua ò Germanidos incluta terræ,
Stirps Sigharde tua stirps Vitikinde tua.
Funera pullati nimium iam crebra tuorum
Fleuimus ac flemus plebsq; patresq; Ducum.
In nos exhaustus belli furor, ægra famesq;
Tabidaq; absumpsit corpora dira lues
Iam neq; consliterat mentis pavor, vdaq; falso
Non bene desierat rore madere gena:
Cum tu sancte cadis Dux & mortalia linguis
Venturis sapiens eriperisq; malis.
Non tua nos pietas sperare hoc, flosq; iuuentæ
Integer, aut generis splendor honosq; dabant.
Ut iuueni tibi nos tristi languore peremto
Egesta tumulum construeremus humo,

Sed fore quem Pylj grandæuum Nestoris ætas
Ad bene maturos associaret auos.
Longius haud posses cum iam bene velle mereri,
Et fama implesses solis vtranq; domum.
Sed morti indomita non virtus non benefacta
Non pietas affert relligiosa moram.
Nunc vbi qui certam nobis spondere salutem
Hoc tua tam effreni membra tenente malo.
Hæcne salus hæc laudati est clementia morbi
Obstructum hæc toties vox repetita iecur?
Tam veïox iecorisne infarcti incommoda lethum
Excipit, interitus hæccine causa fuit?
Atqui ventriculo incolumi sperare secundos:
Euentus dubiæ non rationis erat.
Huic expensa fero lethalis semina morbi
Vnius enorme hæc damna dedit vitium.
Non illa fuerat nobis à parte timendum
Obstructum quamuis feruiliusq; foret
Quale putabatur, neq; enim sat idonea visa
Argumenta rei signaué certa, iecur,
Seu tumor obsidens distenta hypochondria, flauæ
Seu vomitus bilis siue febrile malum.
Frigus & insipidum potius superabat, inersq;
Præsidij gaudens phlegma calorificis.
Vidi ego cui tumidum scirrhus lapidesceret epar
Molliaq; effuso spargeret exta sero.
Non perijsse tamen, sed multos viuere soles
Oblatum stomacho non reuente cibum,
In peius contrà ruere omnia, crudaq; Parcas
Stamina præcipiti subsecuisse manu:

Mu

Muneris ille sui oblitus simul agra liquenti
Destituit cocti membra cremore cibi.
Quid iecur accusas læsi contagia ventris
Sanè credibile est huic nocuisse aliqua:
Ecquod enim stomachi firmo languente tenore
Aut iecori aut cordi robur in esse potes?
Sed neq; caussa fuit iecoris frangendo calorem
Si quis erat, ventrem cur paterère mori,
Frigore torpentem, reiectantemq; ciborum
Quicquid vel minima sumeret ille dosi.
Artis opinor erat nimium infestantia primùm
Tollere quæq; suo cætera deinde loco.
Quid pote vel fingi mage triste in Saxone nostro
Quàm resupinati languor iners stomachi,
Cum velut indignans pastus excluderet omnes
Materiemq; operis sperneret ipse sui.
Non deerat tamen vsq; vnum qui pergeret alta
Feruidum & obstructum voce sonare iecur,
Accusare iecur, iecori reserante mederi
Pharmaco, & hunc tota mente ferire scopum
Auxilij tanquam stomachus nullius egeret
Solutus & in lauta conditione foret.
Interea crudo maciem languore ferente
Visceraq; indigna depopulante fame,
O dolor ante diem mors illi lumina clausit
Parcarum vacuum iussit & esse colum.
Nam veluti siccis squallent radicibus herbæ
Cum rore & pluuijs deficiuntur aquis:
Corporis egregij sic flos contabuit omnis
Dum vacuum altrici non reparatur ope.

O vtinam tunc cum stomachi vis agra labare
Cæpit & officij non meminisse sui,
Principis foret occursum, repressaq; labes
Ac velut in molli gramine vulsa seges,
Impositis laxum quæ possent stringere corpus
Ventriculi, & fractum restituisse tonon.
Displicuit vomitu tot iam durante dierum
Hebdomadas acremq; incutiente metum;
Inuentum, qui Principis è re diceret illud
Diceret æterni munus & esse Dei
Scilicet hinc vitam longos quæ duret in annos
Purgata humorum mole granante sequi.
At non Pergameusue senex Cõsue Magister
Non Asclepiadum hoc diceret omne genus.
Nausea cui vomitusq; adeò res bella videtur
Nil nisi triste velim prandeat Helleborum,
Quod vomat vt nunquam desit, sic viuere recte
Sic poterit terso ventre valere diu.
Non ego non vnquam sanus laudauero, rerum
Quod natura parens diceret ipsa malum.
Interimat crudos Symptoma hoc Thracas ad He-
In thalamosq; intret trux Solymanne tuos. brui
Sint procul à Ducibus incommoda talia nostris
Hostibus eueniant talia damna meis.
Sic aliquis: sed enim in cassum: iacet inclytus ille
Et gelidam exanimi corpore plangit humum
Cui neq; si tantum lacrymarum fudero, quantum
Vndarum rapido flumine Rhenus agit.
Quicquã proficiam: neq; mærorum abluero omnẽ
In lacrymas non si totus abire velim.

Inter

Inter enim Heroes verè sanctosq; piosq;
Te hoc aeo pietas Dux Guilielme refert.
Quales Theodosius Constantinusq; Monarchæ
Qualis erat genitor, qualis auusq; tuus.
Quis sapere & fori ritè illustrata Deo mens
Altius humana conditione dedit.
Tu quoq; tu vitam Christi pro laude pacisci
Velles, quod vera religione tibi
Nil prius aut antiquius esset, eandem & ab omni
Synceram cuperes posteritate coli.
Hoc monumenta docent, docet hoc postrema vo-
Testatis spirans perpetuò in tabulis. (luntas
Augustiq; operum rivi docuere bonorum
Quæ nisi facta fide nulla placere queunt.
Te vero Dorothea quo memorem ore quibusue
Mærorem verbis Diva tuum exprimere
Possim? mēs trepidat, quoties tua flentis imago
Occurrit, gelido meq; stupore premit.
Multis ille quidem mortalibus occidit vnus
Flebilis, at nulli quam tibi flebilior.
Te desiderijs mens ic̄ta fidelibus vrit
Tam cari capitis te labefaciat amor.
Namq; tibi ereptum nimium properantibus horis
Coniugium vita dulcius atq; anima.
Mæroris tanto te absorbens vertice quantus
Pannoniam quondam merserat Elisabeth.
Sancta simul sanctum audierat Regina maritum
Marmoris Adriaci in litore abijisse diem.
Tempore quo Solymas adeuntem classibus oras
Non piguit longæ tædia ferre viæ.

Sed moderare precor iusto moderare dolori
O princeps populi fama decusq; tui.
Quæ sanctas raris virtutibus Heroïnas
Non equare modo sed superare studes.
Floreat Alcestis cum Laodamia & Euadne
Spiret Vlisseæ fama; Penelopes.
Portia laus tua te, tua te Cornelia Pauli
Et castam maneat laus sua quamq; licet:
Non equidem inuideo, magis hanc tamen omnib9
Par est miremur Thyrigetum dominam. (vnâ
Quod dilecta Deo, Christi succensa & amore
Illustri præeat Christiadum populis
Exemplo, non falsa probans non illita fuco
Pictaq; degeneris dogmata fraude scholæ.
Vincla tori pietas quæ iunxerat esse soluta
Quis siccis poterit commemorasse genis?
Sii sunt rupta tamen, namq; æternum illa manere
Et nullo solui tempore posse reor.
O qui complexus, o gaudia quanta, recepto
Coniuge? cum summus fulserit ille dies
Quæ noua læticiæ surget Dux inclyta messis
Amplexus iterum cum petet ille tuos,
Luce sub extrema flammis populantibus orbem,
Sanctorum & cineres vita animante noua.
Interea quicquid moderatè ferre iubemur
Dum trahimus laceræ hoc fiebile carnis on9,
Tu quoq; non inuita feres, & quò tua virtus
Te ducit luctui fac moderère pio.
Crede mihi rebus generosum lucet in arctis
Resq; aduersa fidem sola probare potest.

Pone

Pone modum lacrymis tristes suspende querelas
Idq; tuum in cælis velle putato virum.
Quem fortunati nemoris secreta colentem
Ambrosia æternum & Nectaris haustus alūt.
Quò non aspirat trucidis inclementia fati
Non tacito arrepat fessa senectæ gradu.
Non illic artus morbi populantur anbeli
Ægraue tabificus corpora languor habet.
Sed nitidæ festos ducunt Hygieia Galene
Eireneq; cohors Euphrosineq; choros:
Quà sancti auratis sagulis Heroës & armis
Et niuea insignes martyres in tunica,
Quiq; fide mundum vicere nec aspera quamuis
Deseruere sacræ fœdera militiæ,
Illecebris capti illius per gaudia falsa
Æuum perpetuæ prosperitatis agunt.
Ærumnis procul & curis, liuoris & atræ
Vulnere, & occultæ fraude inimiciæ.
Quos inter medius cælesti sede recumbit
Sydereo radians vertice Saxo pius,
Miraturq; polos candenti luce serenos
Astrorumq; globos suspicit æthereos.
Et vestigia quorum impressa secutus honestos
Cernit aui vultus cernit & ora patris:
Nec magni patruï non exardescit amore
Et sapiens pectus consiliumq; stupet.
Illustres animas, quas circum Diuus ouante
Guttore diuinum nunc quoq; clangit Olor.
Is qui tergemina fastigia celsa coronæ
Deiecitq; suo pontificem solio.

Cui

Cui tuus attentas etiam num accomodat aures
Coniux augusti pars quota concilij,
Quorsum igitur gemitus quorsum hac suspiria ducis
Cur tua continuus fletibus ora rigas? (c)
Quorsum ego vel tristes elegos miserabile carmine
Canto per vndenos emodulorq; pedes.
Non tu si reliquum philomela & Turturis inflas
Vitæ consumas omne dolendo tuæ,
Non ego Threicio moderer si blandius Orphéo
Auditam saxis arboribusq; fidem:
Ille pedem huc referat dulciq; renunciet ævo
Quod puro ante Deum in lumine sospes agit.
Incolumi ad metam postquam iam constitit axe
Et durum huic felix orbita flexit iter.
Paciferaq; comam folijs redimitus oliuæ,
Mellitæ florem carpere laticia
Cæpit, honorati cursus quæ præmia pro quis
Non mundi eligeret totius esse caput.
Quare quod satis est vbi luxerimus, licet agro
Tandē aliquando vacent pectora nostra me-
Sopiat & luctum excellentis copia gaudij (tu.
Desinat & tristes Musa iterare modos.
Quod bene quodq; beatè illi quod in omne sit aũ
Nec potis vllò vnquam tempore ei esse male.
Quod superent nati incolumes duo lucida terris
Sidera quas dites messe Thuringus arat.
Reliquiæ pulchri generis quorum indole constat
Nil maius nobis nil meliusq; datum.
Quos responsuros maioribus & fore sperat
Magnorum similes quisq; & aui & proaui.

Hac

ures Hac adeò fama te sustentante tuorum
Mœrorumq; bona spe minuente tuum,
Summe animos quæq; ipsa tibi solatia veris
Fontibus hausta fides suggerit, illa tene.
Quodq; Deo placuit, caue displiceat tibi, namq;
Quod vult ille itidem nos quoq; velle decet.
Cuius cuncta fluunt moderamine qui sua & ortus
Metitur cuius tempora & interitus.
Felices quorum spes fixa recumbit in vno,
Non his non vlllo est tempore triste mori.
Talibus atq; alijs vtinam Regina dolorem
Ex aliqua possem parte levare tuum.
Perciperem certè: sed te neq; deficit ipsam
Argumentorum splendida materies:
Nec me non pauca hæc libantem de genere illo
Flebilibus numeris exposuisse sat est.
Iamq; dies aderit cum tu Fridericæ Vilhelme
Lenibus incipies iura dare auspicijs.
Consorte imperij fratremq; adhibere Ioannem &
Asserere inuicta templa scholasq; manu.
Qui nunc præceptis animum formaris honestis
Qua nouus ad Salaripam Helicon colitur.
Qualibus Aesonides forsân sub Pelio alto
Formosæ & Thetidis filius AEacides.
Iusti Heros patiens Chironis vterq; vocari
Discipulus magnum venit in imperium.
At melior tua sors amborum sorte priorq;
Disciplina tua est conditioque tua.
Vt qui virtutis bene florem demetis eius
Propria Saxonica quæ solet esse domus:
Christum

Christum nosse fide & colere & pietate magistra
Digna Deo sapere, & Principe digna loqui,
His studijs magni nuper genitoris & alta
Fregit aui se olim mens proauiq; tui.
Tunc lacryma arescet, tunc nœnia mœsta silebit
Et suus est patriæ tunc rediturus honor.
Interea Guilielme pater tibi debita iusta
Quæ ratio & pietas nos quoq; ferre iubent
Lugentes ferimus, memori & transcribimus æuo
Virtutis princeps tot benefacta tuæ.
Si quis honos elegis, si qua est modo gratia paruis
Ex merito venit qui tibi venit honor.
I puer & viridis rutæ aureoliq; amaranthi
Flores composito munera fer cineri.
Nam velut æternum plantæ coma viuit vtriq;
Nec brumæ sæuo marcet adusta gelu.
Sic tua mortales inter marcescere pulchro
Virtutis nitens robore fama nequit.
Illustrissime salue Hæros, Salue inclyte Princeps
O lux Thyrigetum Ian Guilielme soli.
Quo ruit in fletum exstincto qui mœnia propter
Oenagoræ vitreis labitur amnis aquis.
Salaq; cliuosa trepidans per iugera vallis
Quiq; Palæopolis Pleissa pererrat agros.
Dant lacrymas Musæ Charitesq;, Ecclesia Christi
Præsidio tanti luminis orba gemit.
Salue perpetuumq; & hæue: concordia felix
O vtinam templis pulsa redire velit.
Inuidiæ labes odyq; exangue venenum,
In phlege tontæas præcipitentur aquas.

At

*At regnet candor, placidumq; frementia veri
Simplicis ingenuus corda perurat amor.*

R. O.
Natus A. CIO. IO. XXX.
M. MARTIO.
A. D. V. EID. MART.
H. Dimidia post iii. matut.

Obijt A. CIO. IO. LXXIII.
M. MARTIO.
A. D. VI. NON. MART.
H. Dimidia post i. matut.

Vixit. A. XLII.
M. XI.
D. XX.
H. XXII.

Pio optimo patri patriæ beato im-
mortali. H. M. L. M. P.

Epitas

EPITAPHIA
QVÆDAM
ET ELOGIA SCRIPTA
ILLVSTRISS. GENEROSISSIMO-
que Principi Ioanni Guilielmo
Saxo. Duci, &c.

I.

Saxonidam iubar & nostro clarissimus
auo
Princeps hac tegitur Ian Guilielmus humo.
Patre & auo proauoq; abauoq; atauoq; creatus
Electore sacri Romulidum imperij.
In quorum Clypeis fuluo radiantibus auro
Saxones & Mysi Thyrigetumq; manus
Rutam, enses, aquilas, nigrantia tigna, leones
Saxonica agnoscunt propria signa domus.
Dux bonus & vera nulli pietate secundus
Militia pariter fortis & ille domi.
Gallia mi testis, suus & Rex victor Iberum,
Anglorumq; pater Carole None tuus.
Cum cataphraetorum lectas tot millia turmas
Sisteret ad ripam Sequana flauæ tuam.
Et regni validas caduceo insignis & hasta
Assereret pacis commodus auctor opes.

Disci-

Disciplinæ acer custos, rectiq; piq;
Defensor cultus maxime Christe tui.
Biblia cui cordi sacra, quicquid & optimus horis
Interpres docuit numine plenus Olor.
Contra odio corruptelæ mendacia fraudes
Hæresis argutis tincta sophis matibus.
Quæ partim edictis studuit compescere, partim
Aldenburgensi tollere colloquio.
Quem Praga quem Spira & Turcis inuisa Vienna
Pro vera vidit relligione preces
Fundere ad inuictum Romana in gente Monarchâ
Qui pronepos Diue est Maxmiliane tuus.
Deniq; non fauor inflexit non gratia Regum
Non ostensa domi ostensa pericla foris,
In Christum solido munitum robore pectus
Saluificæ fidei saluificaq; spei.
Ergo etiam templi in medio qua tumba alabastris
Effigiem illius marmore ducta refert:
Hanc circum pietas passis incomta capillis
Et lacrymas fundunt relligiosa fides,
Et prematuros obitus properataq; alumni
Fata dolent luctu sine carente sui.
Cuius in Assyrij lutea compage Gygantis
Et mundi hac paucos fece vident similes.
At superum cætus gaudet cælestibus oris
Congressuq; boni Principis auctus ouat.
Christe laboranti decus assere Relligioni
Gestit enim verbi lumen abire tui.

C

Hospes

Hospes ades, venerare Deum pia concipe vota
 Hic multa sacer est religione locus.
 Cernis inauratos loculos & regia busta
 Saxonica clypeos armaq; fixa domus.
 Ni te tantarum teneant spectacula rerum
 Bardus es & pelagi rupibus asperior.
 Sed bene habet, legis attonitus quecunq; loquuntur
 Marmora fulgentis parte ab utraq; tholi. (tu
 Præstringitq; ac in vna tibi splendore recente
 Tuba, & in hac pulcris sculpta querela notis.
 Marmorea suauem capiunt sub mole sepulcri
 Exuvia somnum Ian Guilielme tuæ.
 Dum cælo fruitur cælo libatus & haustus
 Aeterni effigies spiritus ipse Dei.
 In te naturæ bonitas eluxit auitæ
 Magnanimiq; fides penè stupenda patris.
 Imperij leges & sancta oracula Christi
 Princeps cura tibi non violare fuit.
 Frigidâ nec bello tibi dextera, mens nec egenæ
 Consilij (mecum id Gallia dicit) erat.
 Præsides te pacesq; bonæ viguere boniq;
 Mores, & puræ religionis honor.
 Et Sophiæ studium mentes quæ format & ora
 Tractandisq; hominum cætibus apta facit.
 Culpam pœna comes pressit te vindice, ferrum
 Enormem domuit te duce nequitiam.
 Pulsa forum liquit te auctore calumnia vacors
 Vrbe peculatus cessit & ambitio.

allicitum fœnus, periuria, furta, rapinæ

Vimq; Magistratus pertinuere tui.

vota Vita sed interior priuataq; quam tua frugi

Plena verecundæ quam grauitatis erat.

Te iuuenem validas ducentem in bella cohortes

Crapula non fregit non meliorada Venus.

Vsq; tibi casti curæ decus vsq; pudoris

Conseruare domi militiæq; fuit.

quun- Ergò quis amisso Duce tam clemente pioq;

li. (tu- Sustineat siccas ciuis habere genas.

ente

notis

ri

III.

Condedit hoc tumulo Guilielmi Principis ossa

Sive sit Oenone, sive sit Oenogora

Thyrigetum in populo, quam magnus dicitur Otto

Imperij sedem quondam habuisse sui,

ris. Vda genas tristiq; animum labefacta dolore

Ante suum rapuit mors quod acerba diem.

gend- Egregiumq; animi veræ neq; laudis egentem

Nec patre nec magno degenerantem ab auo.

Quorum freta Deo pietas nec Caesaris armis,

Nec Latij cecidit fulmine quassa Iouis.

Tu quoq; doctrinæ vindex clarissimus audis

Quam liquido sonuit gutture diuus Olor.

Qui cantu Babilona suo destruxit, & alæ

Verbere tergemini sceptrâ profana Papæ.

Dux bone nate bonis decus & Guilielme banorū

Fida salus populi presidiumq; tui.

C 2

Hino

ora

cit.

um

ecors

Illi

Hinc te omnis lacero redimita Ecclesia peplo
Luget, & albentes pulvere sparsa comas.

IIII.

Magnanimus veri Christi confessor honoris
Arctoe decus & lucida stella plagæ
Hæroum sanguis cui nomen gratia fecit
Et galeata virum Martia turba seges.
Saxones & Mysos & amantes rura Doringos
Imperij tenuit qui ditione sui.
Cui Bilonæus materni sanguinis auctor
Ille Palaestina Rex Godefridus erat,
At generis Princeps VVidekindus Saxo paterni
Militia domitus Carole magne tua.
Huic, quater vndenos demto vno vbi vixerat
Exanimes tumulo credidit exuias. (no
Ipse polos supra penetrans victoq; triumphum
Christe tuis meritis regno Acherontis agens
Nascenti vitam primosq; Argelia pastus
Defuncto tumulum sed dedit Oenagora.

V.

Sciass comam multo lacrymarum vbi perluit in
Relligio tumulum Ian Guilielme tuum: (br
Hoc restabat adhuc miseræ (inquit) vindice vt
Tanto tantum non ipsa quoq; occiderem. (br
Vix

VI.

Vixit Ioannes Guilielmus Saxo, fidem cui
Hic locus tumba hæc marmore cæsa facit.
Vixit Ioannes Guilielmus Saxo, fidem cui
Purè acta in terris vita pieq; facit.
Vtraq; vera nimis fama est, vixisse necesse est
Exuias aliquo qui posuit tumulo.
Vivat oportet & ille, simul terrena reliquit
Qui meliore sui sydera parte colit.

VII.

Virtutis monumenta tuæ cum cætera Princeps
Tum egregiam miror Ian Guilielme fidem.
Quod quò plura tuo capiti imminuere pericla
Hoc magis excelso visus es esse animo
Et fidei nitens thorace elidere flammæ
Telaq; quæ mundus spargere & orcus amat.
Tum feruente precum vi cælos findere & inde
In dubijs certam poscere rebus opem.
Vincendi genus ô pulchrum perferrè patriq;
Vni & tranquilla fidere mente Deo.
Sic tandem & victus victorem vicit vt armis
Sperantis fidei maluit esse prior,
Magnanimus curuo Septemuir acinace vultus
Læsus ad Albiatas Ian Fridericus aquas.
Tunc cum Cæsareis pugnans legionibus heros
Hunorum obstantes rumperet are globos.

*Sed nec auo arrisit patruo aut victoria magno
Vlla magis quam qua parta ferendo fuit.*

VIII.

*Crebrius haud aliâs diri fulsere Cometae
Quam cum Saxonici mortem obiere Duces
Arsit hoc infustum sydus moriente Ioanne
Electore, tuo Ian Friderice patre.
Primus ad inuicti Solium qui Caesaris alto
Confessus Christum pectore & ore fuit.
Arsit idem aut simile huic cum te illius atra nepos
Sustulit infida mors Guilielme manu. (tem
De patre quid dicam? quanquam neq; pestifer at
Nec facies stellæ visa misere nouæ, (dor
Hunc Lachesi rapiente: tamen quo tempore ad
Succubuit bellis Carole Diue tuis. (Albim
Et Tartessiacas media inter prælia turmas
Reppulit & captus barbara vincla tulit:
Toto obscura die ruffoq; infecta colore
Visa fuit facies candide phæbe tua.
O nimium superis dilecti in funere quorum
Et clade hæc mundi machina condoluit.*

IX.

*Tres omni ex numero Regum (mirabile dictu)
Quos Solymorum intra muros pulcherrima Syon
Proge-*

Progeniem agnouit Iessæo à sanguine ductam,
Tres mihi tres tantū sacra tot voluentibus annis
Biblia perfecta cumulatōs laude recensent
Dauida, Ezechian, Iosian: Cætera turba
Non caruit vitio, quamuis prestantibus actis
Claruerint quota pars horum, pietatis & ergo
Laudetur Iosaphat propiusq; accedat ad illos.
Plures vna licet gens illustrissima stirpis
Saxonica tulerit fortesq; piosq; tamen tres.
Fas memorare mihi, quibus excellentia laudum
In genere hoc tribui videatur posse tot inter
Saxonas Hæroas antiqua stirpe creatos,
Aurea quos pietas fulgentibus intulit astris.
Eripuitq; rogo flammisq; Acherontis auari.
(Nam neq; in Isacidūm non plures gente putandū
Illustri, cælum ingressos vitaq; potitos.) (est
Primus Ioannes constantis nomen adeptus
Ensifer, alter Ioannes Fridericus & ipse
Magnanimi iuxta & constantis tertius illo
Natus auo hoc patre Ioannes Guilielmus amātes
Numinis ac verē metuentes, Principe digni
Quisq; loco, fidos seu Christi Martyras inter
Seu Confessores, qui magna pericula magno
Excelsoq; animo duros adiere labores
Deniq; fortunas omnes vitamq; salutemq;
Omnem pro vera impenderunt Relligione.

F I N I S.

ILLVSTRISS.
PRINCIPI AC DOMINO

D. IOANNI FRIDERICO III.
Duci Saxonie, Landgrauo Thuringie,
Marchioni Misnie,
&c.

P Rincipis egregij soboles illustris & hæres
Cui paci nomen gratia iuncta dedit:
Cuius virtutis decus & clarissima toto
Nunc quoq; terrarum lucet in orbe fides:
Saxonis Electoris Ioannis Friderici
Tertius hac tegitur Ian Fridericus humo.
Magnanimi propter felicia busta parentis
Et Bilionæa stirpe Sibylla genus
Quæ ducit matris, liquidum qua nobilis Ilmus
Stigelij radit carmine clarus iter:
Sed tumulo exuias tantum generosaq; terræ
Fragmina dimidium credidit ossa sui.
Postquam mortales nexus & vincula rupit
Detexens sextæ stamen Olympiadis.
Nam meliore sui, qui spiritus astra petiuit
Parte, choris mixtus viuit vbi angelicis.
Scilicet hinc traxit præstans sua semina virtus
Diuinumq; boni Principis ingenium,
Velaq; tensa fide in Christum direxit eodem
Infidum mundi dum mare nauta secat,
Patris

S.
NO
II.
es
t:
des:
o.
us
e
s.
is
ris

Patris & exemplo scopulos declinat auiq;
Æternum vnde animis exitium esse solet:
Cui nihil in terris prius aut antiquius esset
Saluifica veri cognitione Dei.

Baccho alij & Cerere & lusu quassante fritillum
Temporis ingrati tædia fallere amant.

Ille suæ residens ad pulpita bibliothecæ
Versabat sacros mente manuq; libros.

Ad quorum normam exegit volitantia passim
Spectra, Sophistarum somnia falsiloquum.

Hei nimium sæuæ Lachesis soror vtraq; & huius
Quis malè Parcarum nomen habere datū est.

Quæ metitis quodcunq; hominum frugiq; bonūq;
In viridi ætatis robore & ante diem, (est

Filaq; nequitie producit: Hæctora letho
Sternitis, incesto parcitis & Paridi.

Vos iuuenem nobis rapuistis, cana Sibyllæ
Et Pylj dignum viuere secla senis.

Desierat puerum sapere hic lanugine malas
Tinctus, consilij lumen & exerere,

Auspicioq; bono regere & concordibus armis
Cæperat æquali sorte datum imperium,

Et turbata domi, tristemq; minantia casum
Sistere, & afflictis quærere rebus opem:

Cum pulchro intentum rapuit mors dura labori
O fragili humanum conditione genus:

O tristem mersoq; diem ceu sole nigrantem
Cum populis Princeps eriperere tuis.

Quæ nunc exulibus spes te cedente relicta est
Nulla nisi in regno Dux Guilielme tuo.

Vixisses

Vixisses vtinam quæ nunc impulsæ labascunt
Præsidio starent templa laresq; tuo.
Pinguis araneolæ tumida quam venit ab aluo
Iam deterfa tua tela ruiſſet ope.
Stryx vlulaq; ſoror fugiens qua labe e cohortem
Fœdarat, Stygias prona ſubiſſet aquas.
Nunc te ſublato terris pulcerrime rerum
Affectum quando perficietur opus.
Quando erit auctorem fugientem vt pulſa ſequa-
Hæreſis argutis texta Sophiſmatibus. (tur
Et quæ nunc variæ illudunt peſtesq; malaq;
Tum nebulae tum auræ vaniloquusq; furor?
Et vaga diſtendens ſteriles labruſca racemos
Lappaq; quæ Chriſti plurima inerrat agro?
Speremus melius fratrum modo gratia firma
Duret, & vnanimi fœdere ſpiret amor.
Nil deſperandum Chriſto duce & aſpice Chriſto
In cuius Regum ſunt ſita corda manu.
Non ita Saxonica quæ laus eſt propria gentis
Fulcire afflictae religionis opes
Conticuit, nullam vt ſperare Eccleſia pacem
Rixarum indigna ſaucia labe queat.
Ergo genas faciemq; hæc imperfecta tuentis
Quid mirum madidis ſi lauat imber aquis.
Et tangunt tua fata pios, quibus occidis eheu
Feſtinante nimis Dux Friderice gradu.
Si licet & fas eſt componere ſacra profanis
Vt ſunt mirificè quos ita miſta trahunt.
Qualis erat luſtus Romæ plebisq; patrumq;
Tybri tuum teſtor Martia lympha caput.

Cum

Cum generi Augustus tepidis ambusta fanillis
Marcelli tumulo conderet ossa sacer.
Quem terris tantum voluisse ostendere fata
Diuino cecinit carmine Virgilius :
Talis & hic luctus postquam te maxime Princeps
Sustulit ad cæli lucida templa Deus.
Et tantò maior forsàn tantò acrior illo
Quanto Marcello tu quoq; maior eras.
Cui mens & ratio non expers luminis esset
Quo perfusa Deo corda placere solent.
Regna & opes alius miretur & Hæclora Achillæ
Præferat, aut palma donet vtrunq; pari.
Me laudare iuuat, pietas quibus almaq; cordæ
Relligio & regni gloria Christe tui est.
Quæ quò rarior est in magno Principe virtus
Hoc magis egregio postulat ore cani.
Si nisi qui terras humano sanguine & æquor
Iufecit, nemo magnus habendus erit :
Concedat fateor mansueti pectoris Hæros
Et primas Cæsar Iulius ille ferat.
Vndecies cuius ductu centena feruntur
Diuersis hominum millia cæsa locis.
Omnibus at quantò speciosior vna triumphis
Pax quantoq; prior publica Marte quies.
Nec tamen expertem castrorum degere vitam
Nullaue sustinuit Dux pius arma sequi.
Arcana cæli victor virtute subegit
Qui mundi atq; Erebi regna Tyrannus obit.
Quæq; sua grassans mors demetit omnia falce
Procubuit sancti Principis antè pedes.

Decre.

Decretum mentis diuinæ immobile legem
Saluifica in Christum mollijt ille fide.
Peccati illuues prisca & contagio fraudis
Fonte renascenti cedere iussa sacro est
Adde graues animi motus quos vincere durū est
Vicit & opposita contudit hos acie.
Hæc confecta viro sine cæde & sanguine bella
Hic dici miles cur mereatur habet.
Scilicet hac victor quisquis decedit arena
Maior ab exequijs hunc comitatur honor.
Quam Getici fregisset opes si vimq; Tyranni
Sanguine & huic tinctas volueret Ister aquas.
Quamq; pereratis si Indorum finibus idem
Classibus extremos isset ad Antipodas.
Succubuere illis magni fortesq; Monarchæ
Et tandem victi terga dedere fugæ:
Cum pavidas mentes & culpæ conscia dirus
Plecteret atroci verberere corda dolor.
Verūm acies fusas, capta oppida, regna subacta
Miratur cupida vulgus & aure bibit.
Nec nisi Iuliadūm similes quibus vda cruentis
Cædibus intepuit, terra fretumq; canunt.
In felix genus & cum commoda percipit infans
Duriter accepta nec nisi clade loquax.
Te verō laudesq; tuas sanctissime Princeps
Si qua sapit memori carmine Musa feret,
Ne fugiens seclis obliuiscantibus ætas
Inducat famæ nomina clara tuæ.
Tu quod auus fuerat quod magnus patruus ipse est
Pro Christi populo qui tulit arma pater.

Et pius & sapiens perhiberi dignus & idem
Synceræ vindex religionis eras.
Quæ deducta tuis ò pagina sacra scatebris
Humani arbitrij ruderæ nulla vehit.
Salve Saxonicæ stirps illustrissima gentis
O lux Tyrigetum Ian Friderice soli.
Auriferis Albis quem luget flavus arenis
Effusis lugent Mulda & Elister aquis,
Ilmus & in fletum ruit, Vnster turbidus exit
Suspiransq; imo gurgite Sala stupet.
Salve perpetuumq; vale Germanidos oræ
Sydus & æternæ pars quota facte scholæ.
Qui patria virtute cluens illustre tropæum
Erexti & cæli in parte receptus ouas.
Nulla vbi tempestas curarum depluit imbres
Nullæ interpellant gaudia tristitiæ.
Vnde & abest ærumna grauis liuorq; malignus
Subdolaq; occulta fraus inimicitia.
Solutus vbi omnia in omnibus est Deus vberis fonte
Lætitiæq; poli regna beata strepunt.
Hæc demum vita est quam possis dicere veram
Illa suis pollens vita beata opibus.
Salve iterum diuine heros lacrymasq; clientis
Suscipe & hæc cineri reddita iusta tuo.

Magni.

MAGNIFICO AC ADE
MIA FENENSIS RE-
ctori.

GENEROSO
ET PER QVAM NOBILI
DOMINO D. HVGONI LIBERO
Baroni à Schonburg, & Domino in
Waldenburg, &c.

Andreas Ellingerus.

S,

Felices obitus generosi funera patris
Quo tibi lugenti generose Hugo tēpore Musæ
Flebilibus numeris epicedia mæsta sonabant:
Me quoq; tunc pietas præstanti soluere iussit
Debita iusta viro, quem tota Ecclesia Christi
Ictâ graui gemitu turbata & mente requirit,
Ceu defensorem & duris in rebus Amyntam
Nāq; Hugo quod nobis hoc Graijs nomen Amyntæ,
Quanq̄ autem meritò hæc poterāt suppressa latere
Cum satis ille tuus genitor laudatus & ampli
Nominis & fame immortalis affectus honore
Æternum cæli radiant qua lucida templa
Viuat, & immanes grassantis rideat iras
Inuidiæq; odiq; tamen quia maximus Heros

Pro

E,
D
LI
RO
nt:
te,
ere
ro

Pro pietate sua dilexit me quoq; & inter
Passus habere locum est, qui dignam principem
Admirarentur, moresq; Heroicaq; acta: (tem
Non duxi faciendum, ut inertis flebile Musæ
Non dias sinerem prodire in luminis oras
Perpetuò aut premerem carmen. Quare inclyte
Aurea cui tereti per eburnea colla fluentē (Rector
Fibula purpuream subnectit epomida morsu.
Si qua animum stringit tam clari fama parentis
Si qua etiam te posteritatis cura remordet:
Accipe sed placido monumentum lugubre vultu
Lata tuo quo te imperio nunc nostra Salana
Laurigeriq; nouem donant Heliconis alumnae.
Sic tua venturo transcribent nomina seculo
Gaudentemq; bona sorte & felicibus auris
Pierij largè perfundent rore liquoris
Proq; tua facient ardentia vota salute.



Gene

GENERO SO
ET NOBILISSIMO DO.
MINO HVGONI BARONI
à Schonburg, & Domino in Val-
denburg.

Defuncti placida generosi morte Baronis
Dilapsa in cineres hic tegit ossa lapis.
Incluta imaginibus prisca virtute & auorū
Cui Schonburgica erat stirpis origo domus.
Qui splendore licet generosi excelleret ortus
Nobilium claro sanguine natus auūm:
Partum laude tamen maiorum illustrius ipse
Reddidit ingenij nobilitate decus,
Virtutis gradiens dignum generoso iter acrem
Militiam haud spernens & graue Martis op9:
Quamuis forte togæ, quàm armorum gloria ma-
Fuderit humani & sanguinis ille parum. (ior,
Nec turbata quies Ductore hoc publica nec sint
Conuersa in patrios impia signa lares.
Prima sui pietas iuuenem in flammamat amore
Fons pietas veri relligioq; boni:
Non quam fraude mala ille sacerrim9 intulit orbi
Cacus Auentini pestis acerba iugi.
Sed quæ veridicis bibliorum prodita scriptis
Voce reuelata est sancte Luthere tua.

Quam

Quam semel amplexus firma custodijt Heros
Rebus in aduersis nec titubante fide.
Nec mala constantis, peruertit opinio mentem
Doctrinae labes noxia saluifica.
Oderat Autolyçi regnum stabilire volentes
Insignes multa garrulitate viros.
Qui cygno obstreperent quo non diuinius alter
Eloquio tonuit verba sonante Dei.
Hinc operum riuu gratam & testantia mentem
Officia, hinc segetis copia nata bonæ.
Prælucente fide neq; n. fecisse benignè
Pœnitat, laus est vna placere Deo.
Mitis vt Obadiah Achabo indignante Prophetas
Textit & vmbrosis pauit in hospitij.
Ne genus Eliæ vatis consulta sequentum
Impius extinctum perderet omne furor.
Sic te sancte Baro miserantem indigna piorum
Exilia afflictis vidimus esse patrem.
Quos celut alueolis stipantes dulcia mella
Turbarant faci degener agmen, apes.
Et Caper arrodens culti vineta Lycæi
Pinguibus expulerat Thyrigetum laribus.
Cum semel vnus iurare in verba Magistri
Tota uberetur concio Presbyterum.
Nec venerabundo deessent qui poplite partum
In fausta colerent diraq; monstra Strygis.
Cætera puniceo suras vincire cothurno
Detrectans iussa est vertere turba solum.
Scilicet hæc fortuna viros te digna locutos
Non mundi hoste tuo Principe Chryste manet.

D

Quos

Quos tamen ille opibus iuuit tutosq; receptus
In regno haud asper passus habere iuo est.
Omnium enim pietas virtutum fons & origo
Numinis & metuens religiosa fides.
Antè oculos illi fulgebant certa vti nautis
Sydera fluctuagi marmore in Oceani,
Cum lucem eripiunt oculis vastaq; procellæ
Umbræq; & humentes nox tegit atra vias.
Hoc decet hoc laudo generosum hæc arguit vna
Res animum, mendax displicet omne Deo.
Ergò etiam meritis quæ præmia digna & honores
Talibus, ætherea victor in arce tulit.
Purpureo Christi dum sanctos Martyras inter
Ore bibit Nectar sugit & Ambrosiam.
Quà decus Heroum cum nato & coniuge Saxo
Elector vitam Ian Fridericus agit.
Sanguis & Augusti qua diuina indole præstans
Tu quoq; Alexander gaudia viuus habes.
Quid referam cultos mores castumq; pudorem
Et benè pacati dulcia vincla thori.
Et frugi sobolem, crescentem in munera patris
Regali lautam mundicieq; domum,
Et sale conditum sermonem pauca loquentis
Verùm eadem certa non caritura fide.
Non inuisa illi libertas vera & honesta
Fandi, quem morum lactea simplicitas
Candor & ingenuus mista grauitate deceret
Quid magè laudari in Principe quæso potest?
Sic vixti generose Hugo vixisse vti nunquam
Te tali ingenio pœnituisse queat.

Paucæ

*Pauca quidem vitæ numerantem lustra peracta
Iniecta tenuit mors properata manu.
Sed breue curriculum vitæ compensat honestus
Cursus, & egregia mors superata fide.
Mors neq; triste malum neq; formidabile, si cui
Sincero Christi pectus amore calet.
Sic Simeon lætis dum Christum amplectitur vlnis
Nunc ò nunc placida morte resoluar ait.
Vidi visurum, quem me fata antè canebant
Quàm fierem gelida putre cadauer humo.
Hæc cygnea senis quasi cantio. Nec mora faustum
Emigrante anima ad sydera carpsit iter.
Tu quoq; suprema meditantem in funeris hora
Quædam ex psalmographi dicere verbo libro,
Ut perhibent incunda queis languentia pressum
Lumina, ad æthereas transtulit Hugo domos.
Hugo decus Comitum, quem nemo nisi improbus
Et qui falsa mala dogmata fraude tegit: (odit
Contra amat & colit, & sanctis Heribibus æquat
Qui Christi recto tramite ducit oves:
Et Caci furis detestans impia regna
De puro illimes fonte ministrat aquas.
Hoc genus est cui tu lugeris fortis Amynta
Namq; hoc te Graium nomine turba vocat.
Nomine quo Macedum Reges orbisq; Monarchæ
Dictus Alexandri Magni auus ille fuit.
Regibus eximium hoc, iustus quibus induit arma
Defensura lares mœnia templa, dolor:
Grassantem patrijs arcent quia mœnibus hostem
Innocuosq; tegunt iusta per arma lares.*

Dilexisti certe patriam quod & ipsa fatetur
Hei desyderio flebilis ista tui.
Mula gerit patrium flumen te mæsta requirit
Waldenburga tuo nobilis imperio.
Turbidus ille quidē campos per & arua vagatur
Stagnat & hybernis concolor amnis aquis:
Sunt tamē & lacrymæ pleno quibus auctior aluēo
Mærentes domini funere inundat agros.
Salve illustre decus Misneidos inclytæq; oræ
Fama Magistratus lux specimenq; pū.
Qui grauibus caussis iuuentus idoneus auctor
Tractandis acie mentis & ingenij.
In dubijs sollers aderat prudentia rebus
Præfixum a gutta mente ferire scopum:
Ut Laertiadæ non multum aut Nestori velles
Cedere prudentis robore consilij.
Sed frustra hos elegos decanto: tu quia cælum
Propietate tua lucidaq; astra colis:
Nos terris vitam infelicem ducimus, Orpheū
Blanda nequit te isthinc huc reuocare Chelys.
Te quid n. nuper moriente beatius vno?
Victa fide tibi cum mors daret ipsa manum.
Non obitum hunc dicas sed iter melioris ad aulā
Vitæ, quæ nullo fine fruenda datur.
Viuerè quid nostrum est nisi curas inter amaras
Milleq; morborum tela subinde mori.
At tibi parta quies iucundum & spiritus æuum
Antè Deum in clara luce superstes agit.
Nec florem hunc æui tristes vel carperè morbi
Vel poterunt anni fessaq; cura malis:

Cum

*Cum semel absorpsit tumulis illata cauatīs
Terra reuicturos illa fouens cineres.
Propterea mærorem hunc castigemus oportet
Qui pia crudeli verbere corda quatit.
Inuilitisse tuo ne quā videamur honori
Quodq; Deo placuit nolle id habere ratum
Quod reliquū est, tua quæ tellus complectitur ossa
Balsameo spiret semper odore precor.
Neu viola desint immortalesq; Amaranthi
Neu de Corycio quæ venit aura Croco.
Salue iterumq; & haue, tua laus tua funeris ex-
Durabit seclis gloria perpetuis. (pers*

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



N

I

S

D

H

E

Q

S

S



NE PAGELLAE ALI

QUOT VACARENT, QUAE

*sequuntur, superioribus adycere
placuit.*

ILLVSTRIS

SIMAE PRINCIPIS AC

DOMINAE D. DOROTHEAE SV-

sanne Palatinae ad Rhenum, Querela de morte

Illustrissimi Principis Ioan Guilielmi,

Dux Sax. Landg. Thurin. Mar-

chionis Misniae &c. Coniu-

gis sui.

ERgone concordi semper mors inuida lecto
Ausa etiam est thalami ius violare mei?
Vix bis vixenos aetas tua viderat annos

Lustra q; coniugij vix duo clausa mei:
Eriperis tamen & viduatam morte relinquis

Deseris & nostri pignora cara thori.

Quid tibi maiorum pietas? Quid propria virtus

Profuit? aut puras culpa habuisse manus.

An minus immites habuisti in morte sorores?

En es quod tabulis quinq; ligatur onus.

Scilicet Heroas audet mors tangere sacros

Et passim effreni caeca vagatur equo?

D. 4

Crude.

Crudeles Parcae : Serpens sibi prorogat annos
In mortem vires non habet vllus amor.
Me creat ad Rhenum generoso stemmate gentis
Illa Palatino nobilis aula Duce.
Nec fuit eximiae stirpis Dorothea damnum
Laudabit mores libera fama meos.
Mox vbi iam visa est atas matura marito
Et videor thalami posse subire iugum :
Iungor prima tuo Princeps Guilielme cubili
Hei mihi quam parua sum tibi iuncta mora?
Hæc ne marita fides? & certi fœdera lecti?
Hæc sunt coniugij gaudia firma mei.
Te vidit gelidum miles Pomeranus ad axem
Te fugit pavidus barbarus hostis equo :
Gallia te immixtum vidit civilibus armis
Et cogor toties quærere nupta virum.
At nunc inuisa magno mihi crimine Parcae
Quis Deus hoc tantum iuris habere dedit?
Me miseram? Cur me voluit superesse marito
Sors nimis in luctus insidiosa meos?
Felix Admeti consors, cui coniuge raptò
Fas fuit in medios insiluisse rogos.
Felix Eois lex observata puellis
Quis scelus est raptò viuere velle viro.
Legibus hæc vtinam licuissent funera nostris,
Essem Germana pars ego in historia,
Sed bene habet: quocunq; modo, mea vita præisli
Te sequar, & fidos mors feret vna duos.
Viuerè non licuit vnà, tumulabimur vnà
Quod licet & iunctis ossibus ossa premam.

Responsio

RESPONSIO
ILLVSTRISS.
PRINCIPIS AD CON-
IVGIS QVERELAM.

PArce meos coniux lacrymis renouare dolo-
Nō tāgunt Stygios vota precesq; Deos. (res
Cū semel æthereas animæ conscendimus au-
Non exorata stat via clausa sera. (ras
Viximus, hic omnes vnus manet exitus, ille
Felix cui pietas fecit ad astra viam.
Immatura mihi mors non damnosa fuisti,
Me tenet Elysjs aura beata locis.
Nec nimium susanna meis extollere factis
Virtuti nullam mors dat auara moram.
Quid mihi nobilitas? æquataq; gloria cælo
Profuit? Et famæ buccina clara mea?
Si nescis, viuit tantum post funera virtus
Et solain fati non venit arbitrium.
Inunc tolle animos, & longæ tempora vitæ
Finge & venturis gaudia temporibus.
Quàm citò frondentes quercus spoliatur honores,
Quàm citò purpureas perculit aura rosas;
Tam citò non stabilis fugerunt gaudia vitæ:
Discis ab exemplo cautior esse meo.
Testor Maiores cælesti sede receptos
Quos constans niueis fama perennat equis.

D 5

Me

Me neq; degenerem factis vixisse parentum
Nec minima priscum labe notasse genus.
Quilibet austero de me sub iudice quærat:
Integra & austero iudice vita mea est.
Me pietas primùm, & vani contemptio mundi
Iussit in humano quærere corde Deum:
In flammare pios, & confirmare labantes
Errorum & varias vellere stirpe notas.
Hæc mi vita fuit: nec sceptri lator honore
Commissum satis est sic docuisse gregem.
Defunctum luget lacrymis Germania veris
Ingemuit nostra Caesar & ipse neci.
Hæc erit emerita merces non infima vitæ
Cum culpare in me nil nisi fata scient.
Nec te dulce caput, coniux Dorothea lesi:
Testis eris pueros me coluisse thoros.
Quod rapuit mihi Parca, tuos hoc addat ad ãnos
Et faciet, tangunt si pia vota Deos.
Tantum communes serua, mea pignora, natos
Hæc cineri superest, vnica cura meo.
Fungere iam mater vicibus patris: illa duorum
Tota est nunc humeris cura ferenda tuis.
Oscula cum materna dabis, superadyce patris
Et crede hoc manes posse iuuare meos.
Quod superst, donec mihi te tua fata remittent,
Quod nolim tristes approperasse Deas:
Inviolata thori conserues fœdera nostri,
In tumuloq; vni nupta legare viro.

Iustus Lipsius.

In

IN TUMVLVM
ILLVSTRISS.
PRINCIPIS AC DOMINAE
D. SIBYLLÆ IVLI-
censis, Illustriss. Princ. Ioannis Fri-
derici Elect. Saxo. &c. Con-
ingis.

Mæsta sui quondam lugebat vincla mariti
Princeps Thyrigetum dia Sibylla soli.
Defunctâ placida luget nunc morte marito
Qua nihil Arctoa illustrius ora tulit.
Potores illi lacrymas date, pectora palmis
Tundite mærorem testificando nouum.
Tuq; Salæ ripas viridanti gramine amictas
Qui colis illustris fata dole Domine.
Magnanimiq; patris natorum luctu & acerbō
Quod pietas poscit fac moue are trium.
Virtutum exemplum iactu sepelitur arena
Edita Iuliacæ stirpe Sibylla domus.
Fortes Thuringi fumo suspendite aratra
Inuertat nullam vomer aduncus humum.
Vester honos, vestrum decus occidit inclyta cōiux
Inuicti Heroïs Ezechiaq; p̄j.
Non minor insigni laudum cumulo Elisabetha
Cuius habet sanctos Hassica gens cineres,
Forte etiam maior: propius quod cernere lucem
Saluificæ puram contigit huic fidei.

Vtraq;

*Vtraq; lætitię tamen exundantia riuo
Mortali posito corpore regna colit.*

Andr. Elling.

**IN EFFIGIEM MAR
tini Lutheri.**

Mitis in hac tabula fulgēti expressa n. et allo
Effigies radiat magne Luthere tua.
Debuit hæc tumuli vicina in parte locari,
Quæ tanti exuuias seruat & ossa viri
Sed non passa fuit crudi violentia Martis
Apponi hanc tumulo sancte Luthere tuo.
Ergo tot exactis habeat, dux inclyte vt annis
Affixam hic paries Ian Guilielme iubes.
Non venerabundo hanc vt poplite vulgus adores
Mutaq; sacrifica verberet æra prece.
Sed tanti laus vt vigeat Doctōris in æuum
Neu facti famam sopiat vlla dies
Quo Papæ furias Germanus fregit Helias
Saluificam mundo restituitq; fidem.
Depositi cuius foret vt fidissima custos
Fundata Ensifero est hæc schola nostra Duci.
At tu quando modis contorta Zizania miris
Inficiunt segetis pabula leta tuæ:
Assere Chrīste tui decus ò mitissime verbi
Messis vt hinc laudis surgat optima tuæ,

Andreas Ellingerus.

lling.

tallo

ari,
viri

.
is

ores

uci.

S+

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.



No 50707

11.5

X 2207120

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

